



**Tabulae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae  
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm  
inclementiam euasere, de Festis

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1615**

In festo Purificationis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56152)





**IN FESTO PURIFICATIONIS B. MARIAE VIRGINIS-MATRIS, BELLOMONTI,**

in Hannoniâ, præfente illustriffimâ

Heroinâ, Caroli Croij, Ducis

Arschotani &c. vxore

Dorotheâ, 1609.

2. Febr.

**T**HEMA. *Postquàm impleti sunt dies purgationis Maria secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini &c. Luc. 2.*

Dicendum  
hodiè mihi

1. De nominibus, & causis nominum, huius solennitatis; diciq<sup>2</sup> posse Festum Mirabilem;
  2. An virginem Mariam lex Purificationis obligarit;
  3. Quadam facienda esse, à quibus lege absoluihur, ad vitandum scandalum, aut exemplo ad bonum præcundum.
- A V E.

I.

*De nominibus, & causis nominum, huius solennitatis: diciq<sup>2</sup> posse Festum Mirabilem.*

Varijs quidem decorisq<sup>ue</sup> nominibus (Auditores

A

res



res &c.) hanc vnam feſtiuitatem vocatam inuenio;

Vt nomine } 1. Purificationis, ſeu Purgationis;  
 } 2. Præſentationis;  
 } 3. Obuiationis;  
 } 4. Candelariæ (gall. La Chandeleure.

Benè, optimè. Quidni? Si enim *omne quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius*: Genef. 2. cùm non ſint apta rerum nomina, quæ ſunt ab Eccleſia, diuinitùs inſpirata?

\* 1. Purificationis. Sic enim Eccleſia communiter vocat, ſcribitque in Breuiarijs ſuis, Calendarijs, & Rubricis, &c.

*Purgationis* nomen ex ipſo Euangelio Lucae habetur. Ratio autem nominis huius eſt, quòd B. Virgo Maria poſt partum ſuum benedictum, totos 40. dies, à templi ingreſſu, ſacrorumque ad tactu abſtinuerit, ſeu commorata in ſtabulo, vbi pepererat, clauſa; ſeu in cubiculo aliquo hoſpitæ, quæ eum in diuerſorium antè non receperat; aut vicinæ cuiuſpiam, quæcunque illa fuerit; ſeu in hoſpitio aliquo publico, ſeu etiam domi ſuæ in Nazareth. Nàm vix credibile ſit, vel tam duram fuiſſe diuerſorij illius hoſpitam, aut vicinæ illius mulieres tam fuiſſe inhumanas, vt audito partu tam honeſtæ virgunculæ, tam pulchræ proliſ, in medio ſtabulo, hyeme tam aſpera, ibidem reliquerint puerperam cum prole totos 40. dies, neque inuitarint vti commoditate alicuius cubiculi ſui ad reliquam partùs moleſtiam ſubleuandam:

poſt



vel Iosephum ipsum, altero saltem, aut paucis post partum diebus commodum cubiculum non locasse, præsertim regressis iam ad sua turbis, quæ Bethleem confluerant occasione census, & vacuis iam hospitij; vel certè Nazareth reuehendam curasse ad hunc vsque diem, quo licebat & oportebat templum adire puerperas.

Lege enim Moyfi cautum erat, vt à partu masculi, 40. dies: à partu puellæ, 80. dies matres domi se continerent, id est, à templo & sacris abstinerent: adeò, vt si quæ mulier lotrix, aut sartrix fuisset albarum, superpelliciorum, & reliquæ supellectilis templi, eo toto tempore nihil eorum posse adtingere.

Quoniam ergo hic numerus dierum, quasi purgationi seruiens, à virgine Maria exactissimè seruatus est, hodieque terminatus, pensa que omnia, tam oblationes, quam sacrificia huc necessaria, ideò Purificationem hunc diem maiores appellarunt.

\* 2. *Presentationis*, non illius, qua in templum Maria virgo trina à parentibus aliquandò est præsentata, ibi Deo soli tota vacatura, & sub disciplina Sacerdotum erudienda (vti nunc ferè erudiuntur adolescentulæ vestræ, etiàm quæ aliquandò maritæ futuræ sunt, in claustris monialium, & sororum, quas vocant, grisearum, &cæt.) non illius, inquam, sed eius, quâ in templum primum à matre illatus est Christus adhuc paruulus & sesquimenstruus, & oblatus Deo secundum placita legis Mosaicæ, 40. post eius natiuitatem die; factus eo die



*Dorotheus*, aut *Theodorus* & *Deo-datus*, qui antè matri & nobis fuerat *A-Deo-datus*, pulcro gratiarū recursu. *ad fontes suos flumina reuertūtur*, vt iterū fluant.

Ideò, & qui tres *Gratias* pingunt, earum vnā auersam, duas verò ad nos cōuersas pingunt, quo significatur, duplicem, pro accepto beneficio gratiam rependi oportere.

*Reddimus Deo, quæ de manu eius accepimus*, cū ei aliquid offerimus, nihil damus.

Ergò à rei præsentatæ, vel redditæ, pretio atque amplitudine, Præsentatio dicitur festus hic dies. *Quod habui summum pretium, persolui tibi*. Terent. in *Andria*.

Nunquàm enim antea tale munus præsentatū aut oblatum, neque Deo, neque hominibus. Qui enim offertur, idem Deus est. Quæ verò offert, tanta & tā Sancta est, vt *sub Deo maior ipsa nequeat intelligi*. Munus gratissimum ex opere operato, & ex opere operante.

Hic quoque *oblatus est*, quia ipse voluit.

— acceptissima semper

*Munera sunt, autor quæ pretiosa facit*. Ouid. ep. 16.

*Emmanuel*, id est, nobiscum Deus, dicere tunc *Ioseph* & *Maria* potuere.

Hodiè *Maria* thesaurum suum absconditum exportat, ostentat, exponit omnibus vten- dum. *A Erarium publicum publicare occipit*.

*Sine inuidiâ communico*, & *honestatem illius non abscondo*.

*Lucernam accensam*, & *Lumen ad reuelationem*



gentium datum, sed hactenùs in stabulo quasi sub modio positum, statuit super candelabrum, vt omnes qui in domo sunt videant.

*Lumina noctiuaga tollit Pharus amula Luna. Papin.*

Maria, hodiè est, quasi quidam currus solis, lucem mundo importantis.

*Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus:*

*Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa*

*Curuatura rota, radiorum argenteus ordo:*

*Per iuga Chrysolithi, positaq; ex ordine gemma*

*Clara repercusso reddebant lumina Phæbo. Ouid.*

lib. 2. Metam.

Spectator dubitat, Solène priùs, an Currum: Filium an Matrem miretur.

\* 3. Obuiationis, seu exceptionis, quam Græci Hipapâtem appellât (ait Martyrologium Rom.) Hypanti, vel Hypante ab Vsuardo vocatur, in Martyrologio Molanæo: quòd scil. Simeon Iustus, & Anna illa vetula prophetissa, Mariæ & Christo, tam opportunè, tamque feliciter hodiè primùm occurrerint, & Christum exceperint, laudesque pueri plenis buccis, in ipso templo, coram plurimis, deprædicauerint; hi verò senum illorum vota, ac desideria, imò & promissa Dei compleverint. Responsum enim acceperat Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini. Luc. 2.

Psal. 90. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

De Hypante autem siue occurso Domini, extant Commentarij & homiliae: item hymnus Cosmae.



\* 4. *Candelaria*, à candelis, quæ illo die solenniter sacrantur, & à fidelibus, in pompa seu processione, Catholico ritu gestantur, in memoriam scilicet luminis illius magni, quòd primùm hodiè in templum à Maria illatum est; vel illius verbi Simeonis, *Lumen ad reuelationem gentium &c.* vel in lætitiæ publicæ signum, de tunc reuelato agnito, laudatoque Iesu. Nam ferè publicis gaudijs festi ignes excitantur.

Et certè tùm lætandi causæ multæ, multis fuerunt.

\* j. *Mariæ*; tanta & insperata filij veneratio, & tantum, à tali viro, & tali loco, præconium.

\* ij. *Simeoni*; conspectus suus Iesus, imò & brachijs gestatus, vti ferebant eius vota, & Dei cum ipsopacta.

\* iij. *Annæ* prophetissæ ab eadem ferè causâ.

\* iiij. *Ierosolymis*, de sibi manifestato Messia, & desiderato cunctis Gentibus; *Veniet ad templum angelus testamenti, quem vos vultis &c.*

Cæterùm Carthusiani dicuntur, adhuc pro more habere, vt singulis festiuitatibus sumis hoc ipsum nomen imponant.

Atque ea sunt nomina, quibus solennitas hodierna hæctenùs vocata est.

Pulcræ rei pulcra quidem illa nomina omnia profectò; sed tamen (opinor) non omninò ineptiuero, si vocari quoque aptissimè posse dicam hoc festum, *Festum mirabilium*.

Nam verè vel legimus, vel audiuius, vel vidimus mirabilia hodiè.



Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus. Psal.

1. Virginem, gerulam esse nutricemque pueri, & quidem sui? imò & Patris?
2. Nivem aut cignum cupientem dealbari?
3. Maritum scienter patientem se putari, ac dici, patrem eius filij, eiq; studiosè, quasi ex se genito, providentem, cui generando non plus opis adtulerit quam ego, aut quiuis vestrùm?
4. Dominum, s. ruis servire, & (ut iura loquuntur) hominum facere; ac pati se redimi?
5. Semen gravissimum repuerascere?
6. Vrum centennem adhuc versus condere, ipsos cantare?
7. Duos immensâ subitâq; latitiâ perfusos esse, nec mori?
8. Hominem rebus maximè prosperis contentem, mori cupere?
9. Feminam, etiâ in medio templo concionantem?

Quid mirabile dici possit, non video, si hæc non possint.

\*1. Virginem, gerulam esse nutricemque pueri, & quidem sui? imò & Patris?

Natura tota id miratur.

At hodiè id publicè videtur, Mariâ gerente Christum suum vnâ Filium & Patrem, & in templum inferète, ibidemq; (vt fit) lactante vbere de cælo pleno. Tu qua genuisti

Naturâ mirâte, tuum sanctum Genitorem, ait Ecclesia.



cleſia. *Mater Patris, & Nati filia*, ait Houdemius li.  
1. *Chriſt. quatern. 2.*

\* 2. *Niuem*, aut cygnum cupientem dealbari?  
Tàm enim alba ſunt illa, vt in prouerbium  
venerint, pro ſurama albedine.

*Pſal. 50. Lauabis me, & ſuper niuem dealabor.*

*Brachia hyperborea candidiora niue*, ait quidam.  
*Bapt. Pius.*

Et alius, de ſua canitie, & albedine capillorum:  
*Iàm mea cygneas imitantur tempora plumas.* Ouid.  
lib. *Trift.*

At ecce Maria, aut puriſſimè concepta, aut (vt  
minimum) mōx à conceptu purgata, ſalutata ab  
Angelo *gratia plenâ*; ac facta ſuper plenâ, Spiritus-  
Sancti in eam aduentu, Chriſti que ipſius tàm diu-  
turna in eius vtero habitatione: vno verbo vir-  
guncula quouis Cygno ac niue candidior, cui  
meritò *Candida* nomen Poetæ omnes dare poſ-  
ſint; Purificationis leges tempora que obſeruat vt  
fordida, ſtudio ſcilicet maioris ſemper purita-  
tis.

B. Virgo  
munda e-  
rat

1. *In mente*, ob nullius peccati ad-  
miſſionem;
2. *In carne*, ob nullam in ſpiritum  
rebellionem;
3. *In prole*, ob nullius originalis pec-  
cati transfuſionem.

Ità, *Qui in ſordibus eſt ſordescat adhuc, & qui iu-  
ſtus eſt, iuſtificetur adhuc.* Scilicet quo plus ſunt potæ,  
plus ſitiuntur aquæ gratiarum Dei.

Hydropiſis quædam illic, & ſancta auari-  
tia eſt, cui de eſt tàm quod habet, quàm quod nō habet.



Purificationis.

Et adhuc locus est aiunt semper bonæ animæ.

\*3. Maritum scienter patientem se putari, ac dici &c.

Vix è multis milibus vnum reperias, qui id ferat, & sic agat.

At ecce tibi vnus Ioseph, Mariæ sponfus, alternatim cum Maria fert Iesum in Ierusalem (Tulerunt illum, ait Lucas:) adcuratque omnia diligentissimè, cum tamen eius pueruli portio nulla ipsius sit, non magis quàm mea, qui B. Mariam illam nunquam vidi; faxit Deus, vt aliquandò illam in cælo videam, beatus beatissimam! Amen, Amen.

Nemò sic certò suum vnquam adcurauit, vt hic Iosephus certissimè alienum, huc scilicet rerum delectus, & datus Mariæ maritus.

Puero pater est, matriq; maritus, cura & beneficijs.

\*4. Dominum, seruis seruire, &c.

Christus, qua Deus, Dominus erat: eius autem serui, ac ministri, ipsi Sacerdotes.

At ecce tamen tantus Dominus ad hos seruos hodiè sistitur, his offertur, deque eorum manibus, quinque siclis, vt cæteri primogeniti, redimitur.

Christus hodiè habitus, vt

- 1. Pauper, qui sc. pauperum oblatione sit redemptus;
- 2. Seruus, qui redimi voluerit;
- 3. Peccator, pro quo sacrificia, quæ erant in peccati expiationem, sint oblata. Erubescat ergò homo esse superbus, quia humilis factus est Deus. Aug.

\*5. Senem grauissimum, repuerascere.



*Bis pueri, senes.*

*Simeon iste iam annos tres & centum atatis expleuerat.* Bergomas lib. de claris mulieribus, tit. de Maria Virg.

*Compleuerat iam quinq; fatales (autore Aurelio August.) id est, quintum & centesimum consenuerat atatis annum.* Florianus Declamat. 5.

*Sacerdos fuit, discipulus Hillelis, qui annis 40. sanctuario seruijt.*

*Est qui dicat Hillelis filium. Et potuit idem eidem Magister esse, & Pater.*

*Doctor eximius fuit. Gamaliel enim, ille D. Pauli Magister, magni Hillelis nepos, magni huius Simeonis auditor fuit.*

*Condiscipulus fuerat Simeon iste Magni illius Ionathæ Ben-Vzielis, id est, filij Vzielis, Ionathæ, inquam, eius, cuius opera Targum Chaldaicum, hoc est, translatio vet. testamenti, ex lingua Hebraica in Chaldaicam, quæ familiarior erat & facilius, prodijt, quæ adhuc extat, & est magnæ autoritatis.*

*Hillel Simeonis pater, fuerat Ionathæ illius, & huius Simeonis magister.*

*Propheta quoque fuit, & Deo familiaris. Epiph. lib. de Prophetis.*

*Et, quod horum omnium caput est, Timoratus quoque describitur à Luca, & (vt quondam Aristides) cognomēto Iustus; vel (vt Phocion) cognomento Bonus, qualem vix repperit vnum,*

*Millibus è multis hominum, consultus Apollo.*

*Denique vir tam grauis, tantusque fuit, vt, post eum*



eum, Iudæi fateantur, spiritum Synagogæ defecisse.

Hic tamen (mirabile dictu) hodie repuerascit

{ 1. Viribus.  
2. Animo.

\* 1. Viribus. Ad templum enim, nullo quasi senectutis impedimento impeditus, peruenit. Bergomas sup.

Fortè & Lucas celeritatem venientis indicare voluit, cum dixit: *hic venit in spiritu in templum*, id est, velocissimè instar venti; aut, quasi vento actus, aut delatus est. *ambulans super pennas ventorum.* psal.

Sed & vires eius iam olim fractas, tunc recreatas fuisse, patet, quòd puerulo, gestando tunc suffecerit, qui aliàs baculo innixus vix se gerebat. Nam & ipse accepit eum in vlnas suas, baculo tantisper abiecto. *Senex puerum portabat, puer senem regebat.*

Atlas quidam, aut Christophorus repente effectus est.

\* ij. Animo. Nam & iuuenilia tùm exercuit, puerum amplexando, stringendo, bafiando, gesticulando pueriliter cum puero. *Factus cum puero puer.*

Senecta frigidus foris, intus spiritu feruens effectus est.

Effæto licet corpore, animo tamen valdè vegeto fuit. *Simeonis gaudent suspiria,*

*Et implentur tunc desideria,*

*Quando lumen, quod lustrat omnia*

*Præsentatum sumit in brachia.* Ioannes Houde-  
mius, Christiados lib. 1. quaternione 52.

\* 6. Vi-



\* 6. *Virum* centennem versus condere, & quidem extemporaneos, atque ipsos suauissimè cantare, instar Cygni morientis.

Iuuenum sunt ista studia scribendorum carminum, hymnorum, odarum, elegiarum, &c. adolescentum est, atque adolescentularum amantiū, bucolica nescio quæ scribere.

Talia vel decent iuniores, vel in ipsis tolerantur & ferè ad ea sunt venæ facilioris: Senes autem deceant grauiora; sed nec ad eos lusus iam faciles sunt, hebetato iam sanguine, & arente vena, &cæt. Sed & à cantu sunt alieniores, vtpotè natura iam tritiores. Pauci cygnos imitantur, quos in morte cantare multi scribunt, *quasi presagientes quid in morte sit boni*. Vide meum Codrum Euang. in illud: *Et hymno dicto, &c.*

At Simeon iste tam senex licet, nihilominus ex tempore condit versus & canticum; & ipse cantat canticum suum nouum; canticum tam nobile, vt Ecclesia dignum putarit, quod quolibet die, hora Completorij, cantaretur.

Scilicet eius ingenium vultu statq̄, ceditq̄, Dei paruuli, & Matris eius Virginis. Puer Iesus, illi pro Apolline; Maria vna pro choro nouem Musarū est.

Facilitas illa Matris, filium suum illi sic cedentis; facilitas filij, oscula senis ita permittentis; facilitas Dei Patris, sic promisso stantis, illi dedit has in carmina vires.

Hos versus de ipso Dominici pectoris fonte potauit, quem pectori oriq̄ue suo applicuit.

In hoc quasi bicipiti Parnasso somniauit. hic Hippocrenen bibit.



Pie Iesu! Maria Virgo! ô vtinam, æternùm in tali pace in idipsum, dormiam & requiescam. O somnum Heliodio illo, & Endymionæo beatiorem.

\* 7. Duos immensa, subitaque lætitia perfusos esse, nec mori.

Naturale ferè est, extingui viros, mulieresque, magno inopinatoque gaudio, splene nimium se dilatante (opinor) & pulmonis spiritus suffocante, ac cor suffocante.

Certè Liuius narrat, post cladem, quam Romanis apud Perusium intulerat Annibal, scæminas duas, quod subito filios, quos in eo prælio cæfos audierant, incolumes vidissent, præ gaudio exanimis cecidisse. *Liuius decad. 3. lib. 2.*

Zeuxin pictorem spectantem picturam deformissimam, solutum in risum, ferunt expirasse. Item Verrium etiam pictorem, quòd anum quandam deformissimam pinxisset. *Calpurnius Rhod. lib. 4. cap. 18.*

Chilonem quoque Lacedæmonium ferunt, immodica lætitia indè concepta, quòd filium cõplecteretur Olympiæ coronatũ expirasse. *A. Gellius li. 3. Noct. Att. c. 15.*

*Vide nostrum Orbis Terrorẽ, Concione 6. pag. 106. 107. edit. Colon. vbi seges satis multa eiusmodi exemplorum.*

Hinc est Prouerbiũ illud apud Terentium, in Eunuchò, & iam in ore omni populo nostrati, *Emori risu.*

Sed Deus bone! quam Magnum & Mariæ & Simeoni gaudium hic dies attulit! Simeoni, quod Christus ille desideratus cunctis Gentibus, & ex-



& expectatio Gentium cuius videndi ante mortem responsum acceperat iam illi videndus offerebatur, imò brachijs complectendus. *Beate, cuius brachijs Saeculi pendit pretium!* O Christophore omnium post Iosephum prime! ô ponderator, ac liberator monetæ missæ in redemptionem generis humani! Mariæ verò quòd vir tātus tanta voluptate perfunderetur, ob visum suum gestatumque in vlnis pusionem suam, sed & iam tanti faceret, vt vocaret *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam populi sui &c.*

*Isai. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: ambulantes in regione umbræ mortis lux orta est eis.*

Et reuera, Quod Pharus in mari errantibus, hoc Iesus fuit hominibus à vero rectoq; deuijs.

*Psal. Notas mihi fecisti vias vitæ.*

*Psal. Nota mihi fac mihi viam in quâ ambulem.*

Homo fuit Maria; humani à se nihil alienum putauit. Passa hic quod cæteræ Matres.

At nihil gratius matribus accidit, quàm prolium suarum laudes. Vt vt sint simijs aliquando deformiores, tamen eas à pulcritudine &c. laudari gestiunt &c. Ergò & Mariæ iucundissima laus ista tanta filij sui fuit.

Neuter tamen ingenti illo improuisoq; gaudio ibi mortuus est, potiùs vterque confirmatus. Mirabile dictu.

Mirandum tamen magis in Maria. Nàm nostrates vulgò fœminas aiunt lætitia emori, mœstitia viuere.

\*8. *Hominem rebus maximè prosperis vtentē, mori cupere?* Mori



Mori cupiunt quidam ante iustam ætatem, sed ij ferè qui aduersis diuexantur, quæ animi nimia mollities est, & graue peccatum.

*Imbecillus & ignauus est, qui propter Dolorem moritur. Senec. ep. 58.*

Contrà, omnes ferè qui in medio prosperitatum Oceano felicissimè natant, velint vitam hãc sibi esse sempiternam.

Dixerint facilè, quod Nobilis quidam: *Viuereliceat cum vxore, cum liberis, inter medias opes, ac præcipuè sano: ego Cælum cæli Domino perlibenter cesserò, &c. Vide R.P. Antony Gueuarræ Franciscanè epp. aureas.*

*Pallescent tales vel audito nomine mortis.*

*Eccl. 21. O mors, quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantijs suis, &c.*

*Boet. lib. 1. de Consol. Metro 1.*

*Mors hominum felix, quæ se nec dulcibus annis*

*Inserit, & mæstis sapè vocata venit.*

At eccè vnus hodie Simeon, cùm ei maximè successerunt pro votis omnia, optat mori. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, inquit.*

*illum lauda, & imitare, quem non piget mori, cùm iuuat viuere. Senec. ep. 54.*

Si mori non optat his verbis; certè iam iam venturam mortem lætus expectat.

Ità ferè olim optimi & sapientissimi qui que.

Jacob, viso Iosepho filio suo: *iam lætus, inquit, moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Genes. 46.*

Julius Cæsar Dictator factus, quibusdam suorū  
sus-



suspicionem iniecit se satis gloriæ potentiaque  
vixisse, neque viuere diutiùs voluisse. *Vide Cic. o-  
rat. pro M. Marcello.*

Ratio autem mortis optandæ in prosperis est,  
rerum omnium, fortunæq; inconstantia quæ

*modò leta manet, vultus modò sumit acerbos,*

*Et tantùm constans in leuitate suâ est.*

Chærea apud Terentium expressit, cùm im-  
potentiore gaudio elatus exclamauit:

*Nunc tempus profectò est, cùm perpeti me possum  
interfici,*

*Ne vita aliqua hoc gaudium cõtaminet aegritudine.*

Mors tunc æquissimo animo obpetitur, cùm suis se  
laudibus vita occidens consolari potest, ait Cicero.

Propè est à timente, qui fatum segnis expectat. Se-  
neca epist. 58.

\* 9 Fæminam etiàm in medio templo concio-  
nantem.

Quid diceret audita hac Anna, is puer, qui cu-  
currit ad Moysen, auditis viris Eldad & Medad  
prophetantibus, & dixit ei: *Eldad & Medad pro-  
phetant in castris?* Num. 11.

Quid Iosue? *prohibe eos.* Ibid.

Paulinum est: *Mulieri in Ecclesia docere non per-  
mitto.*

Rationes,

1. Quòd Eua seducta olim, non item A-  
damus,
2. Quòd in fæminis ratio debilior;
3. Quòd vultus, & tota oris vocisque  
cõpositio Auditores effemina ret. &c.
4. Quòd contra naturam est, gallinam  
suo gallo pracinere.

At



At eccè hodiè Anna Prophetissa, ex re nomen habens, nimirùm à gratia, vidua, vetula vieta, religiosissima, nec à templo discedens, de puerulo etiam isto concionabatur in templo, & apud omnes, qui Ierosolymis redemptionem Israelis prestolabàtur. *In omnem terram* iuisset pia mulier hoc publicatura, si ætas eius, & dispensationis diuinæ tempora paterentur.

An non hæc multa, & valdè miranda?

Ergò non male hoc Festum, etiàm *mirabilem Festum* vocare possumus.

Non vltimum autem *mirabilem* horum est, Purificatio aut purgatio purissimæ Virginis: Nivis scilicet dealbatio,

Nàm profectò purificandi aut purgandi verbum, auditoribus subauditionem creat sordium in eis quæ purificantur,

Non loquitur medicus de purgatione, aut potione dextersua sumenda, nisi apud eum, cuius corpus humoribus sordidis noxijsque fatigatur.

Ergò hanc totam rem propiùs, adtentiùsque videamus. Dabo tamen operam, vt sordida dicam quàm mundissimè.

## I I.

*An Mariam Virginem lex Purificationis obligarit.*

Sciendum autem in primis { 1. *Quæ lex ea fuerit;*  
2. *Cur data.*

\* 1. *Quæ lex ea fuerit.*

B

Levit



Leuitici 12. ita cautum erat: Mulier, si suscepto semine, pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruae, & die octauo circumcidetur infantulus; ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suae (pro in purificatione sanguinis sui.) Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suae. Sin autem foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suae.

Ibid. Cumq; expleti fuerint dies purificationis suae pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbae siue turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi. Et tradet sacerdoti, qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profluuio sanguinis sui &c. Quod si non inuenit manus eius, nec potuerit offerre agnum sumet duas turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato.

Hæc est lex, tam de purgatione Matris, quam de oblatione, pro masculo primogenito.

\* 2. cur data.

Tostatus ita censet in c. 12. Leuit. q. 21. Iussit Dominus istos 40 dies obseruari in purificatione mulieris parientis masculum pure ceremonialiter, & non habent aliquam rationem naturalem. habent tamen quadam imitationem ad ea, quae fiunt secundum naturam, scilicet quia formatur perfecte corpus viri in utero per 40. dies. de foemina autem iussit, quod maneret mater octoginta diebus in purificatione sanguinis, quia de foemina perfecte organizatur in utero per 80. dies. vbi & dat causam naturalem illius differentie, subiicitq; hos versus:



*Sex in lacte dies; ter sunt in sanguine terni;  
Bissem carnem; tersem membra figurant.*

Data ergò fuerit ea lex studio

<p>1. Representandi temporis, quo vtriusq; sexus corpus organizatur; &amp; 2. Temporis, quo protoparentum quisq; in Paradisum illatus est; 3. Honestatis. 4. Reuerentia sacrorum, 5. Valetudinis puerperarum, 6. Significationis futurorum.</p>	<p>1. Representandi temporis, quo vtriusq; sexus corpus organizatur. Toſtatus ſup. loco citato. Sicut puer quadrageſimo die in templū materiale infertur; ſic 40. die anima in corpus ſuum, tanquā in templum ſuum infunditur. Michael Glycas parte 3. Annalium. Diuinus vir ille Cyrillus ait, marem intra dies quadraginta formā ſuam conſequi. femellā verò 80. humane formæ expreſſionē requirere. Et quia maſcula ſoboles, purificationis cauſa, die quadrageſimo femina verò 80. ad teplum deferēbatur: adparet omninò per hac ſignificari, q̄ huiusmodi formatio purgatione, quæ diuinitùs fiat, indigeat. * 2 Et temporis, quo Protoparentum quiſque in Paradisum illatus eſt. Idē Glycas ibid. Liber ille. qui parua Gen. ſis dicitur (haud ſcio cui⁹ Autoris) Adamū quidē ait, poſt 40. dies paradifum eſſe ingreſſū: Eua verò poſt 80. eaq; de cauſa poſt totidem dies tā mares, quā femellas in templo ſiſti. Verū tu mihi librum hunc miſſum facito. Nā vera Moſis hiſtoria monſtrat, Deum die ſexto Adamum ſinxiffe, ac mōx in paradifum collocaffe. * 3. Honestatis, ne pēdor ille puerperarū, ex mē-</p>
---	--



struis suis, & ex paruulorum quasi perpetuis foedibus & deterfionibus contractus, occurrentes offenderet.

Lege Mosaica nihil mundius aut lotius, etiã ad superstitionem vsque. Catharismus merus lex illa erat, & Iudæi meri Cathari.

Illic variæ baptismatum doctrina. Hebr. 6. & 9. Ioan. 2. In Cana Galilææ, in nuptijs, memorantur hydriae sex positæ secundum purificationem Iudæorum.

Marci. 7. Pharisei, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant... à foro, nisi baptizentur, non comedunt.

ibid memorantur baptismata calicum, & vestimentorum, & lectorum.

Lauant sc.  
Iudæi

1. Manus; Marci. 7, Plal. Lauabo inter innocentes manus meas. Pilatus imitatus. Matth. 27.
2. Pedes; Christus discipulis. Hospites hospitibus. Si sanctorum pedes lauit &c.
3. Corpus totum; Leuit. 12.
4. Calices; Marci 7.
5. Vestes; Leuit. 12. Leuit. 6. & 15.
6. Lectos; Marci 7.
7. Sacerdotes; Exod. 40.
8. Holocausta. passim.

Isai. 1. Lauamini, mundi estote, qui fertis vasa Domini.

Lex ergò in reliquis tam studiosa honestatis hic in puerperijs eam non putauit negligendam

\* 4. Reuerentie sacrorum, quæ nefas tangi potest



facta quædam non mala, imò etiã bona, vt sunt cædes hostium pro patria, pro religione, pro iustitia &c.

Virg. 2. A Eneid. Tu, Genitor, cape sacra manu,  
patriosq; Penateis.

*Me bello è tanto digressum, & cade recenti,*

*Ad trectare nefas, donec me flumine viuo*

*Abluero.* tamen A Eneas nihil aliud, quam patriam armis defenderat.

Dauid, quia vir bellicosus, & sanguine humano cruentatus, diuinitus prohibitus fuit templum Deo ædificare.

Sacerdotum idcirco arma, lachrymæ & orationes dicuntur, ne qua manu hominem occiderint, eadem sacra tractent.

Tortores quoque & Lictores ministrare altari, aut cæterorum mensæ adsidere, nobis pueris, parum decorum censebatur.

Itaque puerperæ post opus non malum, etiã à sacris ideò prohibita.

At quæ in puerperio sordes? inquis.

In rerum naturâ sunt sordes variae; quædam

1. Animæ tantum;  
2. Corporis tantum;  
3. Vtriusq; simul.

\*1. Animæ; Quædam peccata, vt superbiæ, concupiscentiæ internæ, A peccato meo munda me. Psal. 50.

Baptismus Christianorum dum foris lauat corpus, intus animam sordidam abluat, non aquarum ipsarum vi aut facultate, sed Christi ipsius institutione & placito.

Alioqui Ah! nimium faciles, qui tristia crimina

cadis

B 8

Flu.



Flumine à tolli posse putatis aqua! Ouid. lib. i. Fast.

\* 2. Corporis tantum, lutum; nigredo, fuligo, pinguedo, sudores puluerulenti, sanguis, mēstrua &c.

\* 3. Vtriusq; simul. Vt Ebrietates, Fornicationes &c. Qui fornicatur in corpus suum peccat &c.

Item aliter; sunt sordes {  
 1. Naturales, vel reales,  
 2. Legales, vel arbitrariae, id est, arbitrio legis,  
 3. Morales.

\* 1. Naturales, vel reales; vt menstrua, excrementa omnia corporis &c.

\* 2. Legales, quæ nõ tales iudicio communi, sed tantum alicuius legis aut Legislatoris, vt est cōtractus mortui, aut semini flui, puerperium &c.

Verbi causa. Nummus aliquis priscus aut peregrinus, aureus, aut argenteus, ex auro argentum ex Heuilath allato, cuius terra aurum optimum esse dicitur Genes 2. Potest idem vnus dici bonus, & malus bonus naturaliter; malus, legaliter (gall. billon.) Rex sc. aut Princeps illum exautorarit, & haberi illum pro malo, ac nullo velit. Itã, hoc aut illud tagere aut agere, mundum & immundum dici potest; mundum j. non fordidum, naturam & iudicio communi omnium: immundum verò decreto & æstimatione Legislatoris. Tale inter Iudeos puerperium communiter.

\* 3. Morales, quæ iudicio omnium vitam & mores inquinant, vt sunt incestus cum matribus, parricidia, latrocinia, homicidia &c.

Gentes naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. At in productione hominis seu puerperio, sunt sordes aliquæ naturales saltem ad tempusculum quarum



quarum participatione nō omninō absoluta fuit  
B. Maria (Postati senso) à tātō dūtaxat, non à toto.

Sunt & legales aliquæ, ab octauo scilicet die ad  
quadagesimum, pro masculo: nō natura tales, sed  
Legislatoris arbitrio.

Moralis autem immunditia, nulla, ratione  
puerperij.

Minimè autem in Virgine Mariâ, quæ scilicet  
Spiritu sancto artifice solo conceperat.

\* Deindè, quòd etsi daretur, eam ex Iosepho  
concepisse (quod ablit) actus tamen legitimi ma-  
trimonij naturâ suâ non est illicitus.

\* 1 Nàm diuini præcepti est, *Crescite, & multipli-*  
*camini &c.*

\* 2. *Debiti quoq; ciuili. v xori vir debitum reddat.*  
Do. vt des, Tua sum, vt meus sis.

At quis peccat, vel deb. tum suum ab alio exi-  
gendo, vel creditori persoluendo? quis factus est  
reus benè seruatae legis diuinæ?

\* 3. Imò Meriti quoque nonnunquàm non par-  
ui. Vt si ægriret aliquis vel aliqua sic, vt non nisi  
per actū conjugalem curari posset, vt multis acci-  
dit (& nominatim adolescenti cuidam Hispano  
Michaeli Verino, Petri medici iudicio, vnde fuit  
ille Verini versus:

*Cūr Petre, virgineum hortaris me ponere florem?*

*Non faciam vel si hoc sit mihi certa salus:)* aut si  
qua vxor, aut maritus, in adulterium vergeret,  
nisi sæpius cognosceretur; meritum & gratiam  
inueniret apud Deum, & apud homines, quisquis  
adhuc iniux coniugiū cum ægriente contraheret,  
potestati adhuc habēs voluntatis suæ, solo valetu-  
dinis



dinis eius studio: item qui coniux coniugi operam  
conjugalem studiosius daret, solo præventionis ad-  
ulterij studio.

Noui, qui suaferit coniugi, sic coniugis adu-  
lteria anteuertere.

Item; si quis studio, multiplicandi seruos Dei,  
ad militiam numerosiorem in Barbaros &c. vi-  
ferè olim Spartani iuuentute, per bella cum Athe-  
niensibus, exhausti, edixerunt, vt virgines sui co-  
piam facerent omnibus nullo discrimine.

Hac Abrahami matrimonium virginitati. Eius  
angelicæ quidam æquant.

Hac quoque pluralitatem vxorum in Patriar-  
chis excusant.

Tostat. q. 23. in c. 12. Leuitici egregiè docet, actum  
conjugalem non esse peccatum.

Legalis autem immunditia, id est, estimatio  
sola & legis decreto talis, non in fuit Mariæ; cum  
ipsa lex variè videatur eam accepisse.

\* 1. *Mulieris* nomine. *Mulier* (inquit) *si suscepit*  
*semine &c.* quod nomen vulgò eam faminam  
quæ viram passa sit, significat.

At Maria Domina nostra semper Virgo fuit  
intacta, atque incidua.

Principales illos genituræ cardines illius, quos  
Iulius Firmicus lib 4. vocat, nemo hominum ad-  
tingit.

Symboli nostri est; *Concepit* est *Christus*  
*Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.*

Vt solis radius illæso vitro translucet; sic  
infracta virgine ista filius egressus est.

Vt resurgens excessit clauso momento, Iudæo  
suo



rum signaculis inuiolatis; sic nascens prodijt integro virginis vtero.

Ezechielis porta ista est, semper clausa.

Hortus conclusus, fons signatus. Cant.

Puer iste matris integritatem non minuit, sed sacrauit, ait Ecclesia.

Origenes homilia 8. in Leuit Lex ista, quæ de immunditiâ scribitur, ad mulierem pertinet. De Mariâ autem dicitur, quia Virgo concepit, & peperit. Ferant ergo legis onera mulieres, virgines verò ab his habeantur immunes.

\* ij. Additamento conditionali. Si suscepto semine (inquit) pepererit, &c.

D. Bern. ser. Putas, diciturus Moyses, mulierem, quæ peperisset masculum, immundam esse, non timuerit super matrem Dei blasphemia crimen inducere? Et idcirco præmisit suscepto semine.

Signanter (inquit D. Thomas) Moyses videtur fuisse locutus, ad excipiendam ab immunditiâ matrem Dei, quæ non peperit suscepto semine. D. Tho. 3. p. qu. 37. art. 4. ad 2.

Origenes hom. 8. in Leuit. Non ex superfluo additur (Mulier quæ conceperit semen, &c.) Ad discretionem namq; illius, quæ sine semine concepit, & peperit, istum sermonem pro ceteris mulieribus Legislator adiecit, vt non omnem mulierem quæ peperisset, designaret immundam, sed eam quæ concepto semine peperisset.

Idem ibid. Observandum scriptum, quia non superfluo addidit Legislator, mulier si conceperit semen, & pepererit filium: sed esse exceptionem mysticam, quæ solam Mariam à reliquis mulieribus segregaret, cuius



*partus non ex conceptione seminis, sed ex presentia S. Spiritus & virtute Altissimi fuerit.*

Quis ne cit, nullas puerperas aliter fieri, quàm suscepto semine?

In ore est omni populo: nullas puerperas virgines esse cum viris dormisse, semen suscepisse.

Atat (inquit Moyles) id abieci, quòd per spicillis meis prophetis prouiderim, aliquando nascituram Phœnicem illam matrum, quæ non suscepto semine sit virgo paritura, eamque vel hâc appendice à lege absoluere volui.

*Timuit Moyses in matrem Domini blasphemiam irrogare. D Bern. term. hod.*

Nec mihi satis placent, qui dicunt, hic battologiam aut tautologiam esse, ad Mariæ puritatē nihil spectantem, cum alioqui Scriptura in talibus soleat esse valde taciurna, & sola necessaria castissimè exprimere.

Non ergò obnoxia fuit obseruantia legis illius à qua etiã aberat immunditia Legalis.

Voluntatis fuit, non necessitatis, quod fecit.

*D. Bern. ser. Verè, ò beata Virgo, non habes causam, nec tibi opus est Purificatione.*

*Hester 15. Non propter te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.*

Ad septem tantum primorum dierum quietē, & domissionem tenebatur aut lege, aut honestate, aut vtrimque; si tamen sordibus naturalibus non omninò caruit, vt vult Tostatus sup.

\* 5. *Valetudinis puerperarum, vt hac quasi indulgentia, & priuilegio diuino fretæ, vires diuturnis oneribus, & acerrimis partuum doloribus tra-*



Etas repararent, redirentque deindè ad viros & pulciores, & cariores.

Mich. Glycas parte 3. Annal. *Quamobrem* (ait) *quæso ita sunt hæc instituta? & cùm tempus hoc pollutionis præscriptum, matri femella duplicatur? Theodoritus hæc de re in hunc modum dixerit; nimirum, pollutionis hoc tempus requietis causâ præscriptum esse mulieribus, uti quæ magnoperè grauentur, dum vterum gerunt. Quippè metu iniquationis lex maritos retrahit, ne suas vxores id temporis adeant, suadet. Et quia foemina soboles matrem molestiâ maiori adficit (arunt enim hanc citius in vtero se mouere, quàm marem:) idcirco femellas parientibus duplum pollutionis tempus est præscriptum, ut hæc ratione duplo quoque longiorem requietem haberent. Hæc Theodoriti est sententia.*

*Quàm bonus Israel Deus!* Etiam nostræ valetudinis curam gerit, cùm leges condit, magisquæ hominis bono plerumque studet, quàm honori tuo.

Quoniam sciebat, puerperia res esse maximi doloris laborisque, adedò ut dolorum maximi his comparentur;

*Ibi dolores ut parturientis.*

Quin & æternum damnatorum pœnas his cõparant: & quoniam non ignorabat, maritos quosdam tam ferreos durosquæ esse in vxorculas, etiam dolente adhuc partu, ut nihil illis tum magis indulgeant, quàm reliquo tempore: imò fuerit aliquandò nescio quis, qui vxorem suam tergemina prolis puerperam, vno aut altero post partum die, de lecto capillis pro pudor! detraxerit, &c. idcirco pius Dominus, tum decreuit puerperis iusta tempora, quibus otiantur, curarent



tarent corpora, & valetudinem suam diligenter, otio, somno, lauacris, sorbitiunculis &c. maritorum feritate sic prouidentissimè refrænata.

Quàm multa enim, quàm longa sunt Deus bone! matronarum tormenta!

Quàm molestæ concipientium appetitiones!

Quæ fastidia! qui spasmi! quæ extases!

Quæ grauedines impregnatarum! quæ quietes, & fessiones affectata!

*Longa decem matri tulerunt fastidia menses, Virgil.*

Quæ partuum tormenta, laniationes, &c.

Vel defunctis labore puerperis, quantum sint passæ, in sparso sanguine, & effusione secundarû, vident ipsæ obstetrices, solæ verò ipsæ puerperæ, sentiunt: & optimè omnium scit, qui pœnam hâc Eux peccato decreuit, dicens: *In dolore paries filios tuos. Gen. 3.*

At interim duri quidam mariti rident earum clamores.

Ridiculè iactant, se bibendo plus laborare, quàm eas pariendo; se enim tum clamare non posse &c. illas autem tum optimè.

Aduersus duros illos maritos legem illam laneam, atque totam Indulgentiæ, condi oportebat.

*Vnum, contra vnum.*

Tot ferè dies quietis, quot laboris.

Sic & olim decreuit Deus Sabbatum, non ferè tam vt coleretur ipse obsequio & orationibus nostris, qui bonorum nostrorum non eget, qui quum omnia fecerimus, serui semper inutiles illi sumus; quàm  
vt cuius-



vt cuiusque infirmitati illa operum intermissione  
prouideretur.

*Ipsè cognouit figmentum nostrum, fictor ipse, &  
conditor.*

Nôrat scilicet tunc esse, ac semper quosdam,  
tàm ad rem adtentos, vt nunquàm essent quietu-  
ri, sed se laboribus enecarent, si sinerentur.

Item; fore quosdam tàm ferreos dominos, vt  
seruis, imò, & equis &c. suis, mortem eiò labori-  
bus perpetuis accerferent &c. nisi sifterentur.

Ergò aduersus istos lex Sabbati posita est.

*Psal. Quàm bonus Israel Deus! quàm bonum habe-  
mus Dominum, vt aiebat Ambrosius.*

Ah! miseros nos, qui tàm bono Domino tàm  
ægrè, tamque malè seruimus!

\*6. *Significationis futurorum.* Vt scilicet appare-  
at mortalibus, quanta tandem purgatione egébūt  
partus spiritalis operum nostrorum, etiàm sæpè  
apparenter bonorum, antè liberum ingressum in  
Cœlum, augustum illud ac perpetuum Dei tem-  
plum, in quod nil inquinatum introibit, & vbi dici-  
tur: *Foris canes*, cum ipse partus muliebris, & ge-  
neratio hominis diuinitus instituta, & omninò  
egeat tanta purificatione, ante templi visibilis in-  
gressum.

*Si hoc in viridi ligno, in arido quid fiet?* Sed de hac  
februatione aliàs redeamus ad quintam illam ra-  
tionem stationis tàm diuturnæ puerperarum in  
domo post puerperium.

Diximùs ergò ita cautum, studio valetudinis  
& reparandarum virium ipsarum.

Sed Mariæ virginis conceptus, atque impræg-  
gnatio



gnatio sine grauedine fuit, & sine dolore puerperium: (etsi, ex mente Tostati vbi suprâ, non sine aliquo sanguine) sine tormento illa vna mater fuit, imò maximo cum oblectamento.

Ergò nec sic quoque huic legi domi fedendi fuit obnoxia.

Vbi enim nec tormenta, nec fordes; quò lex illa aduersus tormenta & fordes destinata?

Quorsùm relaxationes & otia, minimè fatigatis? quorsùm emplastra non vulneratis? quorsùm thermæ, & lauacra, nec lassis, nec sordidis?

*Cūr abstinenceam ab ingressu templi, cūm vterus meus nesciens virum, templum sit Spiritus Sancti? D. Bernard.*

*Peperi Dominum templi. Idem.*

*Peperi puritatis fontem. Idem.*

*Patet in ablutionem peccatoris & menstruatae, fons ille, quem peperit. Zach. 13.*

*Cūr cogar domo non egredi, domicella per vim, mente sanâ in corpore sano?*

*Nihil tale Maria: sed diebus designatis recubuit, & depositi oneris lassitudinem professa, oblate quieti paruit: & in diebus separationis, non se à toro Iosephi, qui eam nunquam tetigit: sed ab ingressu templi, & cæteris, quæ lex prohibebat, continuit. D. Cyprian.*

*Verè verè, Ecce ancilla Domini,*

*Cui meliori luto finxit præcordia Titan. Iuuenal. sat. 14.*

Ergòne nullo modo tenebatur legi

1. Purificationis, mundissima illa Virgo, & niuibus Alpium candore inuidenda?

2. Orj,



[ 2. Otij & reparationis virium, illa si-  
ne dolore puerpera?

Resp. Non tenebatur, & tenebatur.

Non tenebatur simpliciter, neque vi verborū  
legis, neque intentione Legislatoris.

Tenebatur autem secundum  
aliquid, atque ex accidenti

1. Purificationi, ad  
vitandum scan-  
dalum;

2. Otio, propter cha-  
ritatem in puerpe-  
ras reliquas.

\* I. Purificationi, ad vitandum scandalum publi-  
cum omnium, utpotè adhuc nescientium eam  
virginem esse, ac non suscepto semine peperisse;  
neque faciliè, imò nunquam creditorum dicenti  
de se, ita esse.

Ius quidem ei aderat, aberat verò aut deerat  
iuris probatio.

Quod vulgo dicitur apud nostrates; *Bonū ius,*  
*egere sæpè bono auxilio,* hic locum habuit. Vel ali-  
quo Angelo teste eguit ius Mariæ vel alicuius mi-  
raculi testimonio, sed quò sciebat ipsa non semper  
prouocandum.

Ignoto ergò adhuc eius iure, lege tenebatur,  
ne vulgus iactaret ex legem, aut legis violatricem  
eam esse, & arrepto deinde perperam tantæ auto-  
ris exemplo, auderent pleræque legi non parere.

*Velocius, & cuius nos*

*Corrumpunt vitiorum exempla domestica, ma-*  
*gnis*

*Cum subeunt animos magnis autoribus.*

*Iuuenal. Sat. 4.*

*Arist.*



Ariſt. 2. Ethic. *Qui conſuetudinem legis non ſeruat, legis vigorem debilitat.*

Finge verò, Mariam Virginem in ſylua Chriſtum peperiffe, nemine, præter Iosephum & Deum, neque vidente, neque ſciente; tùm certè legibus purificationis nullo modò deuincta fuiffet, verbis ipſius legis excepta, & facta priuilegia-ria.

Sed quia publicè iàm notum erat eam peperiffe, nec probare ſatis poterat humanitùs ac ſine miraculo, fuiſſe id ſalua virginitate, nulloque ſuſcepto ſemine, ſed myſtico tantùm ſpiramine; autemque illi pro matrice fuiſſe; neceſſarium illi fuit ſtationalem aliquam diù vitam agere, domi manere, ſacra non tangere, decretoque tempore inſtar cæterarum in templum venire &c. ad proximi ſcandalum vitandum.

Cenſent ferè Iudices omnes ſecundum allegata & probata.

Nec Synagoga, nec Eccleſia iudicāt de occultis.

Homo videt ea tantùm quæ parent, & iudicat ſecundum viſionem oculorum.

*Proſuerit videre Toſtatum q. 2. in 12. Leuitici.*

Notandum eſt nim duplex } 1. Conſcientiæ, ſeu internum coram  
eſſe forum } Deo; (minibus  
} 2. Fori, ſiue externum, .i. corã ho-

\*1. Conſcientiæ foro, quo multa non licent, quæ licent externo.

2. Fori, ſeu. Externo, quo quædam ex licitis altero foro, etiàm non licent, non natura rerum, ſed ex accidenti, vt ratione ſcandali, aut ignorantis



nis priuilegij, &c.

1. Cor. 6. 10. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*, de vtroque foro loquitur.

Item Rom. 13. *Neceſſitati ſubditi eſtote, non ſolum propter iram* (id eſt, forum externum:) *ſed etiam propter conſcientiam*, (id eſt, forum Dei.)

Iure fori Conſcientiæ, licebat Paulo iam Chriſtiano veſci carnibus, quæ lege Moyſis erant prohibiti; attamē quia aliqui ſcandalizari poterant, ſi manducaſſet, ei nō licebat iure fori externi, vnde & abſtinebat.

Rom. 14. *Omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.*

1. Cor. 8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum: non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.*

Rom. 14. *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.*

Ibid. *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.*

1. Cor. *Percutientes conſcientiam fratrum infirmam, in Chriſtum peccatis.*

Similiter Chriſtus, eſſi non tenebatur tributum pendere, vtpotē filius Regum antiquorū &c. (itā inquam foro Dei) tamen rogatus didrachma à Publicanis, dixit Petro: *vt non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me, & te.* Matt. 17.

Item: iure fori Conſcientiæ, ſunt caſus, quibus liceat communicare inconfeſſo, etiam de mortali. Melchior Canus p. 6. *Relectionis de pœnitentiâ pag. 259.*



Item: Non teneri illo præcepto Eccleſiæ, *Omnis vtriuſq; ſexûs &c.* qui tantum haberet venialia, docet Caietanus, & poſt eum Melchior Canus, vbi ſup. pag. 956. quos ſequor, & admitto pro foro Dei & Conſcientiæ; ſed pro foro externo non item.

Si ſic Confeſſione non vti poſſint, vt nemo ſciat non vſos fuiſſe; non peccauerint non vtendo: peccauerint, ſi publicè ſcitur non vſos eſſe, niſi ſatis probent ſe carere omni mortali.

\* j. Nam vitandum ſcandalum, indè certò orturum apud neſcientes, eum non egere auxilio Sacramenti.

\* ij. Indè alios ſumtuſos audaciam, atque exemplum negligendi Sacramenti.

*Aedificabitur ad manducandum idolothya, id eſt ad ſimilia. 1. Cor. 8. Exempla abeunt in more. Quæ perfecisti destruxerunt. Pſal.*

\* iij. Ità Paſtorem non cogniturum vultum ouis ſuæ; & ſenſim, nec pecoris ſui, ſi multi imitentur.

*Ego cognoſco oues meas, & cognoſcunt me mea.*

Priuilegijs ſuis vel audiendi Miſſam tempore interdicti; vel comedendi lactinia, & carne tempore Quadrageſimæ; vel laborandi aut peſcandi die feſto; vel legendi libros damnatæ ſeditionis & ſtigmaticos, poteſt quiuis vti priuatim iure fori Conſcientiæ: publicè autem non, niſi vbi ſatis ſcitur poſſe, aut creditur dicenti ſe habere earum rerum priuilegium. Vbi certè neſcitur, aut non crederetur dicenti, nec valentioſtendere priuilegia ſua; vt non poteſt, propter



forum externum, & scandalum.

Priuilegium enim tale per accidens non valet pro foro externo, solo defectu probationis vel instrumenti.

Idcirco etiã solet Deus autorare missiones extraordinarias, miraculis, quasi bullis, aut sigillis.

*Posuit in eis verba signorum suorum, in Moyse sc. & Aarone.*

Priuilegiaria ergo erat Maria, pro foro interno quidem: at pro foro externo non item, ob defectum scilicet probationis. Itaque metu scandali, priuilegio non uti, & quasi renuntiare tenebatur.

\* Adde; *Bonarum mentium esse, ibi etiã aliquo modo culpam agnoscere (addo ego, aut metuere) vbi culpa non est, B. Gregorij senso, libro 12. ep. 31.*

\* *Tenebatur quoque, ex charitate in foemineum sexum.*

*Nãm priuilegia ferè tam non vtendo, quàm abutendo amittuntur.*

Itaque priuilegiarius aliquandò vti priuilegio suo tenetur, cui ipse non illibenter renuntiaret, aut non vteretur; non ratione sui, sed aliorum iã similiter priuilegiariorum, aut futurorum, seu posteritatis, ne scilicet illi sensim per non vsum, illo priuentur.

Si Virgo **M A R I A** quiete illa permessa, non vteretur, tota adhuc puellula & tennerrima, fortassè viri duriusculi moueri



indè potuissent, ad negãdam vxoribus suis anno-  
fioribus, & vegetioribus quietem illam & reso-  
cillationem lege permissam, adducto ipsius ex-  
emplo; dicentes quique suis vxoribus; *Egregiam  
verò laudem, & spolia ampla refertis*

*Tuq; puerque tuus, in lectulis, ac cellulis ster-  
tentes, & tot dies molliter viuendo. Virg. 4. Aene.*

*Ast ea quæ Diuûm incedit Regina, Iouisq; & soror,  
& coniunx, tenerrima; mōx prodit, mōx templi  
adit &c.*

Iàm tùm erat sc. *Misericordiae mater*; iàm tùm  
magis sceminei lexis miserijs, quàm tuo honori  
aut gloriæ B. Maria prouidebat.

\* *Tenebatur congruitate, vt cil. filio vnde qua-  
que assimilaretur, qui omnia legis onera susti-  
nuit.*

D. Bernard. serm. hod. *Beata virgo non indige-  
bat Purificatione, sicut nec Filius Circuncisione. Est  
tamen inter feminas sicut vna earum: Nam & filius  
tuus sic est in numero puerorum.*

*Eccli. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus*

### I I I.

*Quaedam esse faciendã, à quibus lege absolui-  
mur, ad vitandum scandalum, aut exemplo  
ad bonum praeundum.*

Maria (Auditores) illa virgo gloriosa, est regula  
morum, forma vitæ, ac omnis sanctitatis exemplum  
August.

Igitur omnis eius actio, nostra sit instructio.  
Conemur instar illius, nulli omnino scan-  
dalo esse, hoc primùm.



Rom. 12. *Providentes bona non tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus.*

*Nemini dantes ullam offensionem.*

Matth. 18. *Va homini per quem scandalum venit.*

D. Chrysoſt tractatu contra concubenarios, poſt princip. dicit, nos tum demum à scandali pcena liberari, cum nascitur lucrum maius ex opere nostro, quam sit damnum ipsum, quod nascitur ex scandalo.

*Idem serm. quod regulares foemina viris cohabitent, prope med. ipsum adfirmat.*

Abstineamus ergo à quibusdam, aut quaedam indifferentia aliquando faciamus, non quia huc legibus cogamur, sed ne proximis scandalo vlli simus.

Mutemus vultus, instar Protei, vel in mille formas, vt Pomonam vnam, id est, animam Deo acquiramus, vel non perdamus.

*Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifaciam,* at robustus ille Nemroth, & venator spiritalis, Paulus.

Item quaedam praestemus, à quibus lege absolui- mur, nō tantum vt supererogationibus nostris Deo magis placeamus, sed vt alijs exemplo praecamus.

Est enim quoddam hominum genus equis pigris simile, non iturum, nisi alius praecedat, praecedentem verò sequuturum.

Hoc ad spectu, multi magna & indebita presterunt.

*Constantinus ipse, recenter ad Christum conuerſus, & baptizatus, Christianos non solum edi-*



cto, sed etiam exemplo, ad sacram templorum ædificationem est cohortatus. Nam & in suo Lateranensi palatio Ecclesiam Saluatori dedicauit, & ei continentem basilicam, nomine S. Ioannis Baptistæ, condidit, eo loco, quo ipse baptizatus à S. Siluestro, à leprâ mundatus est. *Breu. Rom. 9. Nouemb.*

*Idem*, ad eam Vaticani partem, quam sancti Petri confessionem appellabant, octauo die, post susceptum baptismû, venit, depositoq; diademate & humi iacens vim lacrymarum profudit, mō sumpto ligone ac bidente, terrâ eruit, indeq; duo decim terræ cophinos, honoris causa duodecim Apostolorum abstulit. *Breu. Rom. 18. Nouemb.*

*Vespasianus* etiam Imp. motus religione, & in patriam pietate, Capitolium sub Vitellio Imp. combustum renouauit, imò non erubuit sua manu saxa deligere, tanto operi seruitura, vt eius exemplo sollicitus incumberet pop. Romanus eius operis complemento. *Bernardus Gamuccius S. Geminiano, lib. Antiquitatum Romanarum fol. tractatu de Capitolio.*

Anno 1552. iam iam obsessuro Carolo V. Imp. Metensium urbem, Franciscus Lotharingus Dux Guisus, eius custos ac propugnator aduersus Imp. à Rege Galliæ decretus, ipse humeros cophinis subiecit urbi muniendæ, eoq; exemplo effecit, vt & ipsi Princeps, præcipuique Nobiles, idem præstarent, sicq; milites, & genus omne hominum, ad opus animarent. *Guilielmus Paradinus, in cōtinuatione historia nostri temporis anno 1552.*



Christus Dominus, veniens ipse inter primos ad baptismum Ioannis, quàm multos ad ipsum adduxit!

Incredibile est, quò magni autores sequacem popellum vocent.

Celebratur septimo idus Februarij apud Phrygiam natalis beati numerosique martyrij, pariter ab vniuersa vrbe quadam Christianorum ciuium suscepti, cuius autor & dux extiterit, vir pietate & religione clarus Aductus nomine. Huius enim in confessione Christi constantiam omnis populus sequens, cum mulieribus viri, cum pueris senes, cum ciuibus ciuitas iniecto igne concremantur, ità vt nullus penitus ex illa vrbe, etiàm cum optio daretur, abscederet. *Eusebius libro 8. cap. 23. sed 11. Rufini.*

Quò ergò necessitas aut leges non cogunt, hùc vel studio præeundi exéplo, nonnunquã adducamur.

Angustè frigideque bonus est, qui tantùm eiusmodi est ad regulam.

Vt Dei liberalitas vota supplicum excedit & vota, ità iustorum probitas fertur sæpè etiam ultra præcepta, adeò vt multi etiàm quædam præstiterint magis miranda, quàm imitanda, studio ingenti vel frigidissimos quosque mercatores & cœli affectatores, ad medium, æquumque pretium adliciendi.

*Quàm angusta innocentia est, ad legem bonum esse!  
Quamò latius patet officiorum, quàm iuris regula! Quã  
multa Pietas, Humanitas, Liberalitas, Iustitia, Fides  
exigunt, quæ omnia extra tabulas sunt! Seneca.*



Sunt quædam etiã Supererogationis.

Huc spectat illud Christi: *dicite serui inutili sumus, etiã cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis: quod debuimus facere fecimus, nihil supra data pensa. Luc. 17.*

*Palea & micæ.*

\* 1. *Mira Dei prouidentia factum, vt Purificatio B. Virginis Mariæ incideret in mensẽ Februarium, vt qui ab expiatione ac purgatione dictus est, & penè totus iam pridem apud Ethnicos purgationibus facer erat.*

*Plutarch. tom. 1. vit. in Numa. Februarius, qui Iustralis quidam dictus est. expiationem enim ferè Februaria significant, & tunc mortuis parentant, & Lupercalia peragunt, purgationis sacrificio quàm simillima.*

Februare Hetrusca lingua purgare atq; Iustrare significat, id quod hoc mense dijs inferis dicat fecere Pagani multò ante Christianos, duodecim totos dies adolendo, & flammis feruentibus vrbem Iustrando purgandoq; *Vide F. Florianum de clamat. 5. & D. August. in serm. Festi hoc.*

*Apud Varronem lib. 5. de lingua Lat. scribitur et Fulvio Flacco, & Iunio Graccho, mense isto dijs Inferis parentatum fuisse.*

*Tullius lib. 11. de Legibus disertè scribit, voluit Romanos, vt mortuis mense Februario parentaretur. quã de re vide Plutarchi quest. Roman. 34.*

*Ouid lib. 1. Fastorum insinuat cum ait; At Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras:*

*Mensibus antiquis præposuitq; duos, per Ianum intel*



intelligens mensē Ianuarium, & per auitas umbras, id est, parentalia & umbrarum exequias quæ Februario fiebant, Februarium ipsum.

Idem lib. 2. Fast. *Februa Romani dixerē piamina patres.*

Idem ibid. *Deniq, quodcunq, est, quo corpora nostra purgantur,*

*Hoc apud insonsos nomen habebat auos.*

*Mensis ab his dictus, secta quod pelle Luperci*

*Omne solum lustrant, idq, piamen habent:*

*Aut, quia pacatis sunt tempora pura sepulcris,*

*Tunc cum ferales præteriere dies.*

*Fest. Quæcunq, deniq, purgamēti causa, in quibusq, sacrificijs adhibentur, Februa appellantur.*

\* 2. Candelarum ardentium gestatio, ac pompa seu Processio hodierna, non Ethnici ritus imitatio est, sed mutatio, & interuersio quædam, qua idolis olim exhibita, ad Dei Genitricis Marię gloriam transferuntur.

Autem enim Ethnicorum fabulæ, Proserpinam Iouis & Cereris filiam, aliquandò in cāpis Enneis flores, cum Cyane nympha & Sirenibus, colligentem (Ennam enim, vel Annam dicunt locum illum: ) raptam à Platone, eius specie iam tūm rapto, & depereunte, sicque factam illam Deam, Platonis connubio: Cererem autem matrem valde anxiam, studiosissimè toto terrarum orbe, etiā accensa face, frustra disquisiuisse, tādē tamen, à Cyane nympha rem omnem edoctam, didicisse, eam apud Inferos esse. Singulis igitur annis mulieres Romanas, Calendis Februarijs, lumina tota nocte, in memoriam itā quæ-



fitæ à matre Proserpinæ, lumina deferre consueſſe, fortasè vt à Plutone sponſo Proserpinæ, diuitiarum Deo veteribus falsò credito, ( vndè & Ditem illum dixerunt) opes; à Cerere verò frugum inuentrice, frugum vbertatem eblandirentur.

*De Proserpinæ raptu vide Seruium in lib. 1. Georg. Claudiani libros tres.*

*Cic. Act. 9. in Verrem.*

Is autem luminum ac pomparum ritus aded inoleuerat Romanorum animis, vt etiam Christiani iam facti eos obseruarent, vt est perdifficile assueta relinquere.

Quid faciant Romani Pontifices? Que funditus tollere non potuerunt, interuenterunt, alioque detorserunt.

Instar hoc Dei ferè, qui Augustini senso melius iudicauit de malis benè facere, quàm mala nulla esse permittere. D. August. Enchirid. c. 27.

Ergò Pontifex Romanus (Sergius vt quidam volunt) animaduertens ritum illum stirpitus eradicari non posse, reliquit quidem ipsum, sed intentionem mutari iussit, vt sc. hoc die pop. Christiani gereret quidem faces, aut candelas accensas, & nõ amplius honorandæ Cereri Deæ frugum, sed Mariæ matri fructus terræ sublimis, & panis qui de celo descendit.

V. Beda lib. de Temp. rat. ca. 10. Hanc lucifera consuetudinem benè mutauit Christiana Religio, cum in mense eodem die S. Mariæ, plebs vniuersa cum Sacerdotibus ac Ministris, hymnis modulata vocis, per Ecclesias, perq; congrua urbis loca, procedit, dat osq; à Pontifice cuncti cereos in manibus gestant ardentes, & augescere bona



te bonâ consuetudine, id ipsum in ceteris quoq; eiusdem  
 B. Matris & perpetua Virginis festiuitatibus agere didi-  
 cit, non utiq; in illustrationem terrestris Imperij quinquē-  
 nem, sed in perennem regni cœlestis memoriam: quando  
 iuxta parabolam Virginum prudentium, omnes Electi lu-  
 centibus bonorum actuum lampadibus obuiam sponso ac  
 Regi suo venientes, mox cum eo ad nuptias superna ciui-  
 tatis intrabunt.

De processione, & cereis in festo hod. videatur  
 Ordo Romanus pag. 21. Rupertus de diuinis  
 officijs lib. 3. c. 25. Alcuinus pag. 41. Bernard. serm.  
 2. Ambrosius Nouidius lib. 2. Fastorum.

Vnde si d est huius facis vsus, discere quæris,

Curq; nouis sacris addita pompa facit?

Fortè Ceres tecum mensas Arethusa petebat &c.

Ponè sequebatur magnam Proserpina Matrem:

Ver erat, ad flores rettulit ora nouos.

Lata sinus implet: socijs seiungitur ipsis:

Mater abit: solis restitit illa locis.

Rex videt umbrarum, visaq; cupidine captus

Occupat, & velox in sua regna trahit. &c.

— mater subitò loca quum diuersa pererrat,

Est tamen in nullis illa reperta locis.

Quid faciat? Nox est. Nec nocte morabimur, inquit,

Accenditq; faces ignibus Aetna tuis &c.

Nupta fuit Diti, t adâ hic celebrare Calendas

Mandat &c.

Roma Deam coluit: Cereris quaesita quoddigne est,

Institui pompam matris honore iubet,

Gestariq; faces: fora circum has ipsa ferebat

Hesternâ ardentes plurima nocte nurus &c.

Magna quodd hæc mater, mater magna illa quodd esset,

Deseruit pompam Virgine victa Ceres. id est,

Cultus magnæ matri Cereri hæctenus exhibi-  
 tus,



tus, magnæ matri Christi, eidemque Virgini, adscriptus est.

Non ergo (vt Hospinianus calumniatur) Festum hoc institutum est ad imitationem Februrum, quæ in Februario obibantur; neque (vt alij) in locum Lupercalium suffectum est; sed rerum non malarum malus vsus emendatus est, intentioque correctæ.

Sic aliàs sæpè in alijs ab Ecclesiâ factitatum, etiam suafu Gregorij Anglorum Apostoli. Sic enim ille ad Melitum Abbatem scribens, lib. 9. Registri, ep. 71. monet, vt tam fana, quam festa & instituta Paganorum, expientur, & ad Christianorum ritum traducantur. *Et quia (inquit) boues solent in sacrificio demonum multos occidere, debet his etiam hæc de re aliqua solennitas immutari, vt die Dedicacionis, vel Natalitio Sanctorum Martyrum, quorum illi reliquæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis commutata sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conuiujs solennitatem celebrent, &c.* Nam duris mentibus omnia simul abscindere, impossibile esse non dubium est, &c. faciliusque inueterata deseruntur, si quid aliud, iam non idolis, sed vero Deo, Sanctisque eius colendis substituatur.

Sic Vinculis S. Petri honos haberi ccepit, Theodosio imperante, qui antea Augusto Cæsari eodem die tribui solitus erat. *Vide Brev. Rom. 1. Aug.*

\* 3. *Quidam putant, celebritatem hanc luminarium exordium sumpsisse tempore Iustiniani Imp. apud Byzantium seu Constantinopolim (Vsuardus in Martyrologio Molanæo) idque quadam lue ac peste quinquagenaria. versus Byzantium*



zantium. Vide Sigebertum, Euagrium, & Nicephorum  
lib. 16. rerum Rom.

Sed falsò,

Gretlerus lib. 2. de Festis. *Festum Purificationis  
D. Virginis antiquius esse Iustiniano Imp. ver simile est,  
vt rectè sentit Bellarminus & Azorius.*

Ioann. Bonifacius lib. 1. de hist. Virg. c. 13. *Has  
ferias Iustiniano Casare institutas esse falsò quidam  
arbitrantur. Non enim ille festum hunc diem inuexit,  
sed in eo iam antè constituto quadam per agenda cura-  
uit, ad communem cladem auertendam, quæ clades illo  
tempore maximè seuebat.*

Huius diei Festi Papa Gelasius fundamenta iecit, cum Lupercalia penitus abstulit.

\* 4. *Pompa & Processio nostra hodierna, pō-  
pam processionemque repræsentat, quam fecit  
hodiè B. Virgo cum Iosepho sponso in templum.*

Candela autem ardens, quam gerimus, signat  
Christum *lumen illud ad reuelationem gentium, si-  
ne quo errabamus omnes, quod Maria hodiè ge-  
stauit, temploque intulit, & velut candelabro aut  
Pharo imposuit, vt omnes qui in domo Dei esset,  
lumine illo fruerentur, errantesque ad portum  
redire possent.*

Psal. *Notas mihi fecisti vias vitæ.*

\* 5. *Gestatio publica candelæ ardentis, quædam  
velut professio fidei nostræ est, qua credimus vni  
Christo inesse spiritualiter, quæcunque corporali-  
ter candelæ ardenti inesse videmus.*

Confitemur signo, quod isto ipso die Simeon  
verbo.

\* 6. *Cereorum autem gestandorum inter Ca-  
the-*



tholicos vetustatem, seu hac, seu alia pia occasione, probare licet Greg. Nazianzeni testimonio, qui in sua Monodia, quam in Basilij laudem scripsit, luminum quoque meminit. Nam sexto die Ianuarij, Græcia Christi Baptismum cereis & facibus celebrabat, propterea quod Christus in Iordane lotus Baptismum nobis instituit lumen animorum. Unde orationes illæ in sancta lumina. Item Cyrilli institutiones partim ad Illuminatos, partim ad Illuminandos.

\*7. *Quod Maria non nisi ritè purificata Christum templo intulit, signare possit, Sacerdotes non antè ad altare accedere, & ibi Christum offerre debere, quàm ritè sint animo purificati.* Nam si naturalis & inculpata immunditia tam religiosè arcetur; quid fiet de volùtaria & culpabili

Hieremiæ 4. *Laua à malitia cor tuum.*

Iac. 4. *Purificate corda duplices animo.*

Act. 24. *Inuenerunt me purificatum in templo.*

Act. 21. *Paulus purificatus intrauit in templum.*

Qui iusto fœcundior sæpè concepit & peperit iniquitatem, donec purificetur, templi ingressu abstineat.

Sed homo salutis suæ prodigus, turpius difficiliusq; putat abluere nefas, quàm cõmittere. Eheu!

\*8. *Quod Simeon Senex, Iustus, Timoratus, Ple-nus Spiritu Sancto, &c. homo ab Euangelistâ Iustus nominatus; què & tota Synagogæ Academia, quæ præcisè in illo terminatur (fuit enim iste omnium bonorum, omniumq; in Iudaismo antè Christi aduentum vltimus,) Sadoc, i. iustū cõmuniter appellabat; accepit Iesum in vlnas suas; inde ostendi*



stendi quoq; possit, quales esse oporteat sacerdo-  
tes celebrantes, & Laicos communicantes, maxi-  
mè cum multò plus sit intrò in stomachum, quam  
in vlnas Iesum admittere.

Locus sanè insignis, quem tractare copiosi si-  
mè possit quisque, vel Marte suo; maximè verò  
adiutus laudibus illius Simeonis, quæ sunt profu-  
sissimæ apud R. P. Cornel. Mussum, Franci canū,  
Concionatorum facile principem, ferè dixi mira-  
culum.

\* 9. Notatu verò dignum est, quòd Hierony-  
mus Vida ait, Simeonem ibidem, post prophetica  
quædam verba pronuntiata, mox expirasse; sic e-  
nim canit ille:

*Hæc vbi (sc. dixit) confestim veluti cedentia somno  
Lumina demisit, placidaq; ibi morte quieuit. lib.*

3. Christiad.

\* 10. Epitheta præterea huius Simeonis ostendunt,  
cuius vitæ famæque esse oporteat lenes ma-  
ximè.

- |   |   |  |
|---|---|--|
| * 11. Obedien-<br>tia Virginis<br>Mariæ ho-<br>diè notatur<br>quâ plurimè | } | 1. Temporis Purificationis;                      |
|   |   | 2. Loci. Venit Ierusalem, in tem-<br>plum.       |
|   |   | 3. Oblationis, filij;                            |
|   |   | 4. Redemptionis, eiusdem;                        |
|   |   | 5. Muneris pro peccato, paris turtu-<br>rum, &c. |

*Quin etiàm, quamvis nullo intemerata permansit  
Concubitu mater; tamen intra tecta morata est  
Vsq; quater denos dum solis cerneret ortus. Hie-  
ronym. Vida lib. 3. Christiad.*

\* 12. Queripossit, cur Maria non obtulerit agnū.  
Non



Non enim Maria pauper fuit, aut credi potuit,

\* j. *Quod filia Ioachimi & Annæ diuitum, & habentium tantam substantiam, vt eam tripartirentur in pauperes, in templi cultum, in sui ac suorum alimentum;*

\* ij. *Quod Iosepho sponso, optimo ac diligenti fabro vteretur,*

*Vide nostram Naufragij tabulam secundam Conc. de Natali Domini parte 2. pag. 9.*

\* iij. *Quod regia munera à tribus Magis paucis antè diebus acceperat.*

\* iiij. *Quod quinque ficos in redemptionem sui Iesu dederit, vt cæteræ matres pro suis primogenitis. Patet. Nam Sacerdotes ei suum Iesum restituerunt, nõ restitutori ficlis illis non numeratis. Græca enim fide illi tunc omnia, vt oculatas manus habentes, & credentes quod viderent.*

Quæ ergò potuit quod plus fuit, videtur quod minus erat, potuisse,

\* Responderi possit, non dedisse;

\* 1. *Quod lege absolueretur, quia fortè inuenire emendum non potuit. Lege enim ità cautum; non inuenit agnum &c. quod dupliciter intelligi potest. Primò; si non inuenit, emendum aut venalem agnum. Secundò; si non inuenit soluedum pro eo pretium,*

\* 2. *Quod Regum, munera iam pauperibus erogasset Damasc. & Bernard.*

\* 3. *Quod fortè diuinitus inspirata, aliquid providè seruare fugæ suæ in Aegyptum mox futuræ.*

\* 4. *Quod agnum verum, quem pro cæterarum primo-*



primogenitis dari soliti præsignabant, offerret, eumque paruulum adhuc & anniculo iuniorem, utpotè sesquimenstruum, & planè sine maculâ, imò cæteros emaculantem. *Vmbra fugit veritas.*

*Quod habui summū pretium persoluit tibi.* Terent. in Andr.

Nil gratius offerri potuit. *Respexit Deus ad matrem, & ad munera eius.*

\* 5. *Quòd mysticè significaret, ut qui Deo agnum innocentiae offerre non potest, offerat vel lachrymas & gemitus poenitentiae, quos turtures & columbae, gemebundae aues, designant.*

\* 6. *Quod paupertatem vellet commendatam.* Tostatus q. 29. in Leuit. 12. aut fecisse propter paupertatem quidem, non tamen quia impotens esset, ad oblationis huius sumptus tolerandos; sed ut demonstraret, se diligere paupertatem, in qua victurum Iesum suum per Spiritum sanctum præcognouerat.

Sine pompâ genuit, sine pompâ obtulit,

Redimitur vili hodie, emitur vili in Passione quoque.

Origenes tamen hom. 8. in Leuit. tangens hanc quaestionem insinuat paupertate ita factum. *In hoc ostenditur, inquit, verum esse illud quod scriptum est: Quia Christus Iesus cum diues esset, pauper factus est.*

*Idèò ergò & matrem, de qua nasceretur, elegit pauperem, & patriam pauperem, de qua dicitur: Et tu Bethleem minima es &c.*

\* 13. Turtur est auis vaga, neque vnus semper regionis incola, instar hirundinis (passagere, Galli



vocant:) ægerrimè ferens captiuitatem, sed cui ta-  
men vinum auferat libertatis memoriam.

Amare dicitur ante omnia milium (*le paniz*)  
& frumentum.

Coniugi in primis est fidelissima, qua amissa  
morte aut aliter, semper gemit; nunquam ramo  
viridi infidet; nec vnquam secundas nuptias ex-  
peritur.

Veris prænuntia est, vt hirundo.

Cant. *Vox turturus audita est in terrâ nostrâ.*

*Turtur perpetuò primum conseruat amorem;*

*Amissoq; pari nescit habere parem.* Anonymus.  
Incertus autor de proprietatibus Tartaris:

*Alta petit turtur cantando gemit moriens vir.*

*Nunciat ... castè viuit, solaq; moratur:*

*Pullos nocte fouet, mortem ouorumq; refutat.*

De proprietatibus quoque columbæ: *GR*  
*legit; sociata volat; cadauera vitat:*

*Felle caret, plangit socium, quæ \* postula tangit*  
(\* forte, postulat angit.)

*Dat petra nidum; fugit hostem flumina, nisum:*

*Rostrum non ledit; geminos pullos benè nutrit: veris*  
*quidè muti, asperi, & multis locis claudi, sede*  
*quibus (vt Virgilius gemmas Enni de stercore legit)*  
*decerpere quoque aliquid boni possis, aut confu-*  
*re meliores.*

De columbarum puritate sic Ouid. lib. i. *Trist.*  
*Adspicis, vt veniant ad candida tecta columbæ,*  
*accipiat nullas sordida turris aues.*

Tàm turtur, quàm columba pro cantu gemit  
habent: differunt autem, quod turtur foliuga est  
columba gregatim volat.



Felle columba caret, rostro non ledit, & vngues

Possidet innocuos, puraq; grana legit.

Gaudet aquis, queritq; greges, celeriq; volatu

Tuta petit; fetus educat alterius.

Masculus ipse fouet foetus, atque incubat ouis.

Coniugij seruant fœdera casta simul. Anonymus.

Simplicitas columbæ propria, vel Christo teste: Estote simplices sicut columba &c.

Cauta tamen quoque est. Prænoscit enim, & præcauet sibi ab accipitre, cuius aduentum discit ex eius umbra, moxque se in fenestram, aut columbarium suum se recipit.

Cant. Oculi tui columbarum.

\* 14. Duos turtures, aut duos pullos col.

Non manus, sed animus dantis respiciendus.

Vidua, quæ misit duo minuta in gazophylacium, iudice Christo plus misit, quàm qui auri multum.

Ouid. lib. 4. de Ponto eleg. 8. Sed qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abundè est:

Et sine pietas contigit illa suum.

Nec qua de parua pauper Dÿs libat acerra,

Thura, minus, grandi quàm data lance, valent

Aquaq; tam lactens, quàm gramine pasta Falisco

Victima, Tarpeios insicit icta focos.

Artaxerxes (ni fallor) modicum aquæ manu haustum è flumine, sibi oblatum gratissimum habuit, & prolixè remuneravit. Aelianus lib. var. histor.